Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ioseppi (Hegesippi) de bello Iudaico libri V - Cod. Aug. perg. 82

Josephus <Christianus>

[S.l.], [9. Jahrh.]

Praefatio super quinque libros historiae Ioseppe de bello Iudaico

urn:nbn:de:bsz:31-65728

Visual Library

· lib augie maioris ·

INCPT SCI CIPRIANI PRAEFATIO SUPER QUINQUE LIBROS HISTORIAE IOSEPPI DE BELLO IUDAICO

QUATTUOR LIBROS REGNORUM QUOS SCRIPTURA CONPLEXA EST
sacra. etiam ipse stilo persequutus usque ad captiuitatem iudeorum.
murique excidium et babillonis triumphos. historiae in morem con
posui. Macchabeorum quoque res gestas propheticus sermo paucis
absoluit. Reliquorum usque ad incendium templi et manubias ti
ti caesaris relator egregius stilo iosephus. uti nam tam religi
oni et ueritati adtentus quam rerum indagini et sermonum sobrie
tati. Consortem se enim perfidiae iudeorum in ipso sermone exhibuit.
quem de eorum supplicio manifestauit. Et quorum arma deseruit.
eorum tamen sacrilegia non dereliquit. Deplorauit flebiliter
aerumnam. sed ipsius causam aerumnae non intellexit. Unde no
bis curae fuit non ingenii ope fretis. sed fidei intentione in histori
am iudeorum ultra scripturae seriem sacrae paulisper introrsum
pergere. Ut tamquam in spinis rosam quaerentes. inter saeua im
piorum facinora. quae digno impietatis pretio soluta sunt. Quae
ramus aliqua uel de reuerentia sacrae legis uel de sancae constitutionis
miraculo. Quae mali licet heredibus uel maioribus obtentui fu
erunt ut honori in posteris. Simul quod est indicium domesticae
improbitatis. liceat uniuersis quod ipsi sibi propriae cladis aucto
res fuere. Primum quod aliud curantes romanos in se conuerte
runt. et ad cognitionem regni sui inuitauerunt. Quibus ignorari
satis fuit. rogauerunt amicitiam fidem non seruaturi. pacem
uiolauerunt. uirtute imperatores. postremo bellum intulerunt.
Quibus spes omnis in moenibus non in uiribus erat. cum sit om
nium miserabile claudi obsidione. Quae etiam si bene procedit:
augere saepius quam minuere pericula solet. Ac ne quis uacuum
fidei et superfluum putet nos suscepisse negotium. ideo per prin
cipes ductum hebreorum genus omne consideremus. Ut liqui
do clareat utrum a femoribus iudae nusquam generationis ei
successio claudicauerit. an uero offenderit in principum serie.
Sed manserit in eo cui reposita manebant omnia. et ipse erat spes
gentium.

HUC USQUE PRAEFATIO. DEHINC HISTORIA LO...

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg